Die Wahl der Tonzeichen wird in Cap. II besprochen: Die Tonstufen, die zu den Nächsttieferen den Abstand einer großen Sekunde aufweisen (die erste, zweite und vierte Tonstufe), werden mit Symbolen versehen, die sich aus dem sog. *Dasian-Zeichen* (7) durch Neigung und durch das Hinzufügen eines „gewendeten S“ (N) oder eines „umgedrehten C“ (in einer von zwei möglichen Positionen: 7 oder F) ableiten lassen. Daraus ergeben sich die Symbole des Grundtetrachords *Finales*. Die Tonzeichen der übrigen drei Tetrachorde unterscheiden sich von diesen nur durch jeweils charakteristische Veränderungen in der Lage. Die dritte Tonstufe (tritos), die als einzige einen Halbtonabstand zum unteren Nachbarton aufweist, wird mit neuen Symbolen bezeichnet: ein geneigtes N, ein Iota, ein gespiegeltes geneigtes N, sowie ein Iota mit Strich. Dadurch wird der Halbton als besonderes Intervall herausgestellt.

residui (remanentes)	ciscis	t ↗
	hh	t ↗
	aa	↖
	g	↑
	fis	↓
	e	↑
	d	↓
	c	↑
	h	↓
	a	↑
	G	↑
	F	quartus sonus = tetrardus = tetrardus finalis
	E	tertius sonus = tritos = tritos finalis
	s	secundus sonus = deuterios = deuterios finalis
	D	primus sonus = protos vel archoos = protos vel archoos finalis
	C	archoos = tetrardus gravis
	B	= tritos gravis
	A	↓
graves	Γ	usw.

[Grafik aus: Eggebrecht 1984, S. 19.]

Die „wichtigste Stelle der *Musica Enchiriadis*“ (Eggebrecht 1984) ist die Erläuterung des Quartorganums in Cap. XVII (siehe Text unten) am Beispiel des ersten Versikels der Sequenz „Rex caeli, domine“. Vor allem das für die mittelalterliche Musiktheorie eminente Problem des Tritonus, das sich notwendigerweise aus dem Parallelsingen von Quartintervallen (*Diatessaron*) ergibt, wird anhand dieses Beispiels besprochen. Möglichkeiten, dieses Problem zu bewältigen, zeigt der unten abgedruckte Textabschnitt aus der *Musica* auf. An dieser Stelle soll das *Liniendiagramm*, in dem die „Rex caeli“-Sequenz dargestellt wird, als eine mögliche Verwendungsweise der *Dasia*-Notation erklärt werden.

Nur die Linien (*chordae* = Saiten), nicht der Zwischenraum zwischen den Linien bezeichnet – immer Unterschied zur heutigen Notation – eine Tonstufe. Die am Anfang des Diagramms notierten *Dasia*-Zeichen geben an, welche Linie für welche Tonstufe steht. Sie sind das Äquivalent für den heutigen Notenschlüssel. Der Verlauf einer Melodie wird dadurch dargestellt, dass die Textsilben ins Liniendiagramm (entweder direkt auf der Linie oder über der Linie) notiert sind. Sollen Melismen dargestellt werden, so werden die *Dasia*-Zeichen selbst ins Diagramm eingetragen. Am linken Rand stehen neben den *Dasia*-Zeichen noch Buchstaben, die angeben, ob der Intervallabstand zwischen zwei Tonstufen einen Halbton (s für semitonus) oder einen Ganzton (t für tonus) beträgt.

Interessant an der *Dasia*-Notation ist, dass sie – im Gegensatz zu unserer heutigen Notation – gleichermaßen intervallisch (ein Tonzeichen spezifiziert, ob die vorangegangene Note einen Ganzton oder Halbton unter ihm liegt) wie systembezogen (ein Tonzeichen spezifiziert auch die Lage einer Tonstufe innerhalb eines bestimmten Tetrachords) ist. In Situation, in denen diese beiden Bestimmungsmerkmale zu Widersprüchen führen, wird dem systembezogenen Aspekt der Vorzug gegeben. Ein weiterer Unterschied zu unserem heutigen Notationssystem beruht darauf, dass nicht die Oktave, sondern die Quinte das Basisintervall des Systems bildet. D.h., die *Dasia*-Notation geht von vier diastematischen Tönen aus, die eine Entsprechung im Quintabstand haben. Ein Problem, das sich daraus ergibt, besteht darin, dass die *Dasia*-Notation dem Phänomen der Oktaven-Periodizität nicht gerecht werden kann: Es ergeben sich übermäßige Oktaven zwischen B und H, F und Fis, C und Cis. Nancy Phillips sieht in diesem Problem eine wesentliche Ursache dafür, dass die *Dasia*-Notation von Notationen verdrängt wurde, die auf dem Oktavintervall basieren. Den zweiten Grund für die „Kurzlebigkeit“ der *Dasia*-Notation sieht Phillips in der mangelnden Praktikabilität (v.a. für die Darstellung melismatischer Gesänge) der Notation, die vor allem auf die verwirrende Ähnlichkeit der Zeichen zurückführen ist. Daher lag ihrer Meinung nach der Bestimmungsgrund dieser Notation insbesondere in den Möglichkeiten der theoretischen Erklärung des Organums. (MN)

Literatur

(a) Ausgabe

Musica et Scolica enchiriadis una cum aliquis tractatulis adjunctis. Quam edidit Hans Schmid,
München 1981.

(b) Forschungsliteratur

Joseph Smits van Waesberghe, Musikerziehung. Lehre und Theorie der Musik im Mittelalter, Leipzig 1969 (= Musikgeschichte in Bildern Bd. III: Musik des Mittelalters und der Renaissance, Lfg. 3).


Hans Heinrich Eggebrecht, Die Mehrstimmigkeitslehre von ihren Anfängen bis zum 12. Jahrhundert, in: Frieder Zaminer (Hrsg.), Die mittelalterliche Lehre von der Mehrstimmigkeit (= Geschichte der Musiktheorie Bd. 5), Darmstadt 1984, S. 9-87.

Nancy Phillips, Notationen und Notationslehrnen von Boethius bis zum 12. Jahrhundert, in: Thomas Ertelt und Frieder Zaminer (Hrsg.), Die Lehre vom einstimmigen liturgischen Gesang (= Geschichte der Musiktheorie Bd. 4), Darmstadt 2000, S. 293-327.

Text

Cap. XVII De ordine consonantiarum, consonantia et inconsonantia

Praeterea de diapason vel disdiapason non est opus amplius descriptione, quae ita naturaliter omni aetati in canendo occurunt, ut arte tradi non egeant, constatque satis dictum in simphonia disdiapason medium ad utrasque octava regione conferri, extremas sibi loco quinto decimo respondere. Dicendum tamen, quae sit mensura in singulis simphoniis propria. Constat namque diatessaron simphonia ex duobus tonis ac semitonio, diapente vero ex tribus tonis ac semitonio, ex quibus duobus constat simphonia diapason. Igitur absolutissime in diapason simphonia maiore pree ceteris perfectione diversae ad invicem voces resonant. Secunda ab hac est simphonia diapente. At in diatessaron quoniam non per omnem sonorum seriem quartis locis suaviter sibi phtongi concordant, ideo nec absolute ut in ceteris simphoniaca editur cantilena. Ergo in hoc genere cantionis sua quadam lege voces vocibus divinitus accommodantur. Per omnem enim sonorum seriem tritus subquartus deutero solus a simphonia deficit et inconsonus ei efficitur, eo quod solus diatessaron simphoniae mensuram excedens tribus integris tonis a praefato sono elongatur, cui extat subquartus. Quapropter et vox, quae organalis dicitur, vocem alteram, quae vocatur principalis, eo modo comitari solet, ut in quolibet tetracordo in qualibet particula nec infra tetrardum sonum descendat positione nec inchoatione levetur obstante triti soni inconsonantia, qui tetrardo es subsecundus. Quae ut lucidiora fiant, exempli descriptione statuantur, prout possit sub aspectum.



[Ms. Bamberg Staatsbibliothek Bamberg, Msc. var. 1, fol. 57r;
vgl. auch van Waesberghe 1969, S. 166 f.]

Ad hanc descriptionem canendo facile senitur, quomodo in descriptis duobus membris sicut subtus tetrardum sonum organalis vox responsum incipere non potest, ita subtus eundem non valet positione progredi et ob hoc in finalitate positionum a voce principali occupetur, ut ambae in unum convenient.

5

Notker Balbulus über die Entstehung der Sequenz

Notker Balbulus („der Stammler“) ist einer der bedeutendsten Dichter lateinischer Sequenzen des Mittelalters. Von seiner Kunst gingen damals die entscheidenden Impulse für die Formung dieser Gattung aus.

Das Geburtsjahr Notkers ist nicht gesichert, lässt sich aber in etwa auf das Jahr 840 festlegen. Er entstammt einem einflussreichen Grundherrensgeschlecht und wurde, offenbar früh verwaist, schon als Knabe dem Kloster St. Gallen übergeben. Unter klugen und umsichtigen Lehrern wurden seine Begabungen gefördert und in den Dienst der klösterlichen Gemeinschaft gestellt: Notker wirkt u.a. als Urkundenschreiber, Bibliothekar, Lehrer und Dichter. Seinen Tod verzeichnen die Klosterannalen am 6. April 912. Schon früh wurde ihm auch kultische Verehrung zuteil; gut 600 Jahre nach seinem Tod erfolgte die Seligsprechung.

Das überlieferte Oeuvre Notkers ist höchst vielfältig; es umfasst praktische Gebrauchswerke wie Brief- und Urkundenformulare ebenso wie persönliche Briefe und hagiographische und historio-graphische Sammlungen und Dichtungen (z.B. *Gesta Karoli*, eine Biographie Karls des Großen). Den nachhaltigsten Einfluss auf die Liturgie- und Musikgeschichte übten jedoch seine Sequenzen aus. Notker ist zwar nicht der eigentliche „Erfinder“ der Sequenz – er greift eine bereits praktizierte Technik auf, die ihm, wie er selbst erzählt, über das Antiphonar eines aus dem Kloster Jumièges vor den Normannen geflohenen Paters vermittelt wurde. Notker verfaßt nach Gelegenheit eigene Versuche und arbeitet sie aus; nach und nach entsteht so eine Sammlung, die sicher wenigstens 40 Sequenzen umfasst. Eine Kompilation seiner Sequenzen widmet Notker schließlich Bischof Liutward von Vercelli, der zugleich Abt von Bobbio und Erzkaplan des Kaisers Karl III. war. Der vorliegende lateinische Brief stellt die dementsprechende Dedikation dar. In bescheidenen Worten erklärt hier Notker, wie er überhaupt dazu kam, Sequenzen zu dichten, und wie er dabei vorging. Er gibt einen wertvollen Einblick in seine persönliche Dichterwerkstatt, die gleichzeitig eingebettet bleibt in den Kontext der Klostergemeinschaft und doch Ausstrahlung gefunden hat auf das gesamte Abendland. (CB)

Literatur

(a) Ausgaben

Patrologia Latina, Tome 63

Wolfram von den Steinen [s.u.]

Margaretha Landwehr von Pragenu, Schriften zur ARS MUSICA. Ausschnitte aus Traktaten des 5.–11. Jahrhunderts lateinisch und deutsch (=Taschenbücher zur Musikwissenschaft 86), Wilhelmshaven 1986.

Johannes Duft [s.u.]

(b) Forschungsliteratur

Wolfram von den Steinen, Notker der Dichter und seine geistige Welt, Bern 1948 [zum Widmungsbrief v. a. Darstellungsband, S. 504–508. Eine Übersetzung bietet der Editionsband, S. 8–11.]

Hans H. Häfele, Art. Notker I. von St. Gallen, in: Die deutsche Literatur des Mittelalters. Verfasserlexikon, 2., völlig neu bearbeitete Auflage, hrsg. von Kurt Ruh u.a., 6. Band, Berlin/New York 1987, Sp. 1187–1210.

Johannes Duft, Der Dichter Notker Balbulus, in: Johannes Duft, Die Abtei St. Gallen. Ausgewählte Aufsätze in überarbeiteter Fassung. Band 2: Beiträge zur Kenntnis ihrer Persönlichkeiten, Sigmaringen 1991, S. 126–147 [besonders S. 136–147: Der Impetus für Notkers Widmungsbrief. Dort findet sich auch die für diesen Reader gewählte Textfassung.]

Wulf Arlt, Liturgischer Gesang und gesungene Dichtung im Kloster St. Gallen, in: Peter Ochsenbein (Hrsg.), Das Kloster St. Gallen im Mittelalter, Darmstadt 1999, S. 137–165.

Text

Summae sanctitatis merito, summi sacerdotii decore sublimato, domino dilectissimo Liutvardo, incomparabilis viri Eusebii Vercellensis episcopi dignissimo successori, abbatique coenobii sanctissimi Columbani, ac defensori cellulae discipuli eius mitissimi Galli, nec non et archicappellano gloriosissimi imperatoris Karoli: Notkerus cucullariorum sancti Galli novissimus.

Cum adhuc iuvenulus essem et melodiae longissimae sepius memoriae commendatae instabile corculum aufugerent, coepi tacitus tecum volvere, quonam modo eas potuerim colligare.

Interim vero contigit, ut prespiter quidam de Gimedium nuper a Nortmannis vastata veniret ad nos, antiphonarium suum deferens secum, in quo aliqui versus ad sequentias erant modulati, sed iam tunc nimium viciati. Quorum ut visu delectatus, ita sum gustu amaricatus. Ad imitationem tamen eorundem coepi scribere: „Laudes Deo concinat orbis universus, qui gratis est [redemptus]“. Et infra: „Coluber Adae deceptor“.

Quos cum magistro meo Isoni obtulisset, ille studio meo congratulatus, imperitiaeque compassus, quae placuerunt laudavit, quae autem minus, emendare curavit, dicens: Singulae motus cantilenae singulas syllabas debent habere. Quod ego audiens, ea quidem in „[Allelu-] ia“ veniebant ad liquidum correxi. Quae vero in [Al-] le [-lia]“ vel „[Alle-] lu [-ja]“, quasi impossibilia vel attemptare neglexi, cum et illud postea usu facillimum deprehenderim, ut testes sunt „Dominus in Syna“ et „Mater“. Hocque modo instructus, secunda mox vice dictavi: „Psallat aeclesia mater illibata“.

Quos versiculos cum magistro meo Marcello praesentarem, ille gaudio repletus in rotulas eas congescit et pueris cantandos aliis alios insinuavit. Cumque mihi dixisset, ut in libellum compactos alicui primorum illos pro munere offerem, ego pudore retractus numquam ad hoc cogi poteram.

Nuper autem a fratre meo Othario rogatus, ut aliquid in laude vestra conscribere curarem, et ego me ad hoc opus imparem non inmerito iudicarem, vix tandem aliquando aegreque hoc animatus sum, ut hunc minimum vilissimumque codicellum vestrae celsitudini consecrare praesumerem. Quem si in eo placitum vestrae pietati comperero, ut ipsi fratri meo apud dominum imperatorem sitis adminiculo, metrum quod de vita sancti Galli elaborare pertinaciter instisto, quamvis illud fratri meo Salomoni prius pollicitus fuerim, vobis examinandum, habendum ipsique per vos explanandum dirigere festinabo.

Guido von Arezzo, *Epistola de ignoto cantu*

Guido von Arezzo, Benediktinermönch, Kantor und Musiktheoretiker, der die Schriften, die wir von ihm noch besitzen, wohl zwischen 1020 und 1035 abgefaßt hat, ist in der musiktheoretischen Rezeptionsgeschichte als „Erfinder“ des terzabständigen Liniensystems und der Solmisation eingegangen. Bereits in der zweiten Hälfte des 11. Jahrhunderts galt Guido neben Boethius und Johannes de Muris (*Musica speculativa*) als musiktheoretischer auctor classicus. Von Guido sind vier musiktheoretische Schriften auf uns gekommen, der *Micrologus*, die *Regulae rhythmicae*, der *Prologus in antiphonarium*, und die *Epistola de ignoto cantu*.

Bei letzterer, adressiert an Guidos Mitbruder Michael im Kloster Pomposa, handelt es sich um eine gesangspädagogische Schrift, in der die Grundlagen zur später (ab dem frühen 13. Jahrhundert) systematisch ausgebauten Solmisation gelegt werden. Zu dieser Grundlegung gehört die mnemotechnische Melodie „Ut queant laxis“, mit der Guido das Hexachord-system sinnlich erfahrbar macht und zugleich rationalisiert. Anschließend stellt Guido das gesamte "Gammut" (Tonsystem) dar; dann die vier Modi, die innerhalb seines Tonsystems möglich sind; ferner werden Transpositionsmöglichkeiten gezeigt, wie sie uns schon aus der *Musica enchiriadis* bekannt sind. So wird Kurzform nicht nur eine Methode gelehrt, neue (unbekannte) Gesänge schnell und sicher einzuüben, es findet darüber hinaus eine Gesamtdarstellung des gesamten Tonsystems statt: Denn ohne dieses sicher zu kennen, ist jene nicht sinnvoll zu vermitteln. (OW)

Literatur

a) Ausgaben

Martin Gerbert, Scriptores ecclesiastici de Musica Sacra potissimum. Es variis Italiae, Galliae & Germaniae Codicibus manuscriptis collecti et nunc primum publica luce donati, 3 Bde. St. Blasien 1784, Bd. 2, S. 43–50. [Abfragbar unter: http://www.music.indiana.edu/tms/9th-11th/GUIEPI_TEXT.html]

Dolores Pesce, Guido d'Arezzo's Regole Rithmice, Prologus in Antiphonarium, and Epistola ad Michaelem. A Critical Text and Translation, Ottawa 1999 (= Musicological Studies 73).

b) Forschungsliteratur

Jacques Chailley, "Ut queant laxis" et les origines de la gamme, in: *Acta musicologica* 56 (1984), S. 48–69.

Charles M. Atkinson, Das Tonsystem des Chorals im Spiegel mittelalterlicher Musiktraktate, in: Michel Huglo u.a., Die Lehre vom einstimmigen Gesang (= Geschichte der Musiktheorie 4), Darmstadt 2000, S. 103–133.

Christian Meyer, Die Tonartenlehre im Mittelalter, ebenda, S. 135–215.

Faksimile

coepi pueri t̄ dere. dñ t̄ duū qdācōq potuer̄
 ignotō cant̄ leuit̄ canere. q̄ alii argumēti nec
 multi eb domadib, poterat euēnire. Siq̄m ḡ
 uocē t̄ neumā uī ita memorie cōmdare. ut n̄
 bicūq, uelī inq̄ cūq, cantuque sūt̄ nescias.
 t̄ mox pos̄it occurtere. q̄ ten̄ mox illū rindu
 bitant̄ poss̄it enuntia re. Debet ipsā uocē t̄ neu
 mū in capite alicui' not̄ mesimphonie notare.
It̄ punaq̄ q̄ uoce memorie retinenda. buī sim
 phonū pmptuhabe q̄ abeade uocē incipiat.
 Ut pote sit̄ h̄ symphonia q̄m ego docend̄ ipuen̄
 in p̄mis. atq; etiā inutamis utor.

D P D P D D I D I E F F E
 Et queant la xis. Resonare fibris. Mi na
 D F I D F G A G G F D G A B F F G D
 gesto rur fa mulitu oruz. Sol uepolluta
 A G A F G A G G F D E F D
 la bus re a tum sanc te iohannes.
Vi des itaq; ut h̄ symphonia scrip̄ particul̄. Ut
 a sex diū sis incipiat uocib;. Siq̄s itaq; uniu'
 cui'q; particule cap̄ ita exercitat̄ no uerit. ut
 ē festin q̄m cūq; particula uoluerit indubitan̄
 incipiat. ei'dē uoces ubicūq; uidit̄. scđm suas
 p̄petuare facile p̄numt̄are potit. Audiensq; q̄
 aliq̄m neumā si nedescriptō, p̄pende q̄ bicūq;
 particula p̄fim melius aptet̄. ita ut finalis
 uox neume. p̄ncipali' particule. eq̄ sonet̄ sint.
Cert̄ q̄ esto quāneā uocē neuma finitā. i q̄ due
 nientib; particula inc̄p. Sinū descriptam

Das Faksimile einer Seite aus der Florentiner Handschrift, Biblioteca Nazionale Centrale, Conventi soppressi, F.III.565, fol. 62v, enthält Guidos „symphonia“, deren er sich, wie er schreibt, fast ausschließlich in seinem Gesangsunterricht bediente. (Vgl. Alma Santosuosso (Hrsg.), Firenze, Biblioteca Nazionale Centrale, Conventi soppressi, F.III.565 (= Veröffentlichung Mittelalterlicher Musikhandschriften 19), Ottawa 1994.)

Text

Ad inveniendum igitur ignotum cantum, beatissime frater, prima et vulgaris regula haec est: si litteras, quas quaelibet neuma habuertit, in monochordo sonaveris, atque ab ipso audiens tanquam ab homine magistro discere poteris. Sed puerulis ist est regula, et bona quidem incipientibus, pessima autem perseverantibus. Vidi enim multos acutissimos philosophos, qui pro studio huius artis non solum Italos, sed etiam Gallos atque Germanos, ipsosque etiam

Graecos quaequivere magistros; sed quia in hac sola regula confisi sunt, non dico musici, sed neque cantores umquam fieri, vel nostros psalmistas puerulos imitari potuerunt. Non ergo debemus semper pro ignoto cantu vocem hominis vel alicuius instrumenti quaerere, ut quasi caeci videamur numquam sine ductore procedere; sed singulorum sonorum, omniumque depositionum et elevationum diversitates proprietatesque altae memoriae commendare. Habebis ergo argumentum ad inveniendum inauditum cantum facillimum et probatissimum, si sit, qui non modo scripto, sed potius familiari collocutione secundum morem nostrum noverit aliquem edocere. Namque postquam hoc argumentum cepi pueris tradere, ante triduum quidam eorum potuerunt ignotos cantus leviter canere, quod aliis argumentis nec multis hebdomadibus poterat evenire.

Si quam ergo vocem vel neumam vis ita memoriae commendare, ut ubicumque velis, in quocumque cantu, quem scias vel nescias, tibi mox possit occurrere, quatenus mox illum indubitanter possis enuntiare, debes ipsam vocem vel neumam in capite alicuius notissimae symphoniae notare, et pro unaquaque voce memoriae retinenda huiusmodi symphoniam in promtu habere, quae ab eadem voce incipiat: utpote sit haec symphonia, qua ego docendis pueris imprimis atque etiam in ultimis utor

C D F DE D
Ut que-ant la- xis

D D C D E E
re- so- na- re fib- ris

EFG E D ED D
mi- ra ge- sto- rum

F G a GFE D D
fa- mu- li tu- - o- rum,

GaG FEF G D
sol- ve pol- lu- ti

a G a FG a a
la- bi- i re- a- tum,

GF ED C E D
Sancte Jo- han-nes

Vides itaque, ut haec symphonia senis particulis suis a sex diversis incipiat vocibus? Si quis itaque uniuscuiusque particulae caput ita exercitatus noverit, ut confessim quacumque particulam voluerit, indubitanter incipiat, easdem sex voces ubicumque viderit, secundum suas proprietates facile pronuntiare poterit. Audiens quoque aliquam neumam sine descriptione, perpende, quae harum particularum eius fini melius aptetur, ita ut finalis vox neumae et principalis particulae aequisonae sint. Certusque esto, quia in eam vocem neuma finita est, in qua conveniens sibi particula incipit. Si vero descriptam aliquam symphoniam incognitam cantare ceperis, multum cavendum est, ut ita proprie unamquamque finias neumam, ut eodem modo finis neumae bene iungatur cum principio eius particulae, quae ab eadem incipit voce, in qua neuma finita est. Ergo ut inauditos cantus, mox ut descriptos videris, competenter enunties, aut indescriptos audiens cito describendos bene possis discernere, optime te iuvabit haec regula.

Deinde per singulos sonos brevissimas subposui symphonias, quarum particulas cum diligenter inspexeris, uniuscuiusque vocis omnes depositiones et elevationes per ordinem in principiis ipsarum particularum gaudebis te invenire. Si autem hoc attentare potueris, ut unius et alterius symphoniae quaslibet volueris particulas modularis, omnium neumarum difficiles valde atque multiplices varietates brevissima et facili regula didicisti. Quae omnia cum vix litteris utcumque significemus, facili tantum colloquio denudamus.

Sicut in omni scriptura XX. et IIII. litteras, ita in omni cantu septem tantum habemus voces. Nam sicut septem dies in hebdomada, ita septem sunt voces in musica. Aliae vero, quae super septem adiunguntur, eadem sunt, et per omnia similiter canunt in nullo dissimiles, nisi quod altius dupliciter sonant. Ideoque septem dicimus graves, septem vero vocamus acutas. Septem autem litterae non dupliciter, sed dissimiliter designantur hoc modo:

Γ A B C D E F G a \natural c d e f g aa bb cc dd.

Qui vero monochordum desiderat facere, et qualitates et quantitates, similitudines et dissimilitudines sonorum tonorumve discernere, paucissimas, quas subieccimus, regulas summopere studeat intelligere. [...] Iunguntur ad se invicem voces sex modis, tono, semitonio, ditono, semiditono, diatessaron, diapente.

Omnes autem voces in tantum sunt similes, et faciunt similes sonos et concordes neumas, in quantum similiter elevantur vel deponuntur secundum depositionem tonorum et semitoniorum: utputa prima vox A. et quarta D. similes et unius modi dicuntur, quia utraque in depositione tonum, in elevatione vero habent tonum et semitonium et duos tonos. Atque haec est prima similitudo in vocibus, hoc est, primus modus.

Secundus modus est in secunda B. et in quinta E. Habent enim utraque in depositione duos tonos, in elevatione semitonium et duos tonos.

Tertius modus est in tertia C. et in sexta F. ambae enim semitonio et duobus tonis descendunt, duobus vero tonis ascendunt.

Sola vero septima G. quartum modum facit, quae in depositione unum tonum et semitonium et duos tonos, in elevatione vero duos habet tonos et semitonium.

Et qui plene exercitati sunt in hac arte, possunt unamquamlibet symphoniam secundum hos quatuor variare modos, utputa, si quis unam symphoniam primum in voce prima A. et postea eamdem incipiat in voce secunda, dehinc in tertia. Et secundum quod ipsae voces diversam habent tonorum et semitonorum positionem, sic variis modis secundum uniuscuiusque proprietatem eam pronuntiet. Quod quidem facere valde est utile, et valde facile, hoc modo:

D F G G G G a F E D

Tu Pa- tris sem- pi- ter- nus es Fi- li- us

E G a a a a a | G F E

Tu Pa- tris sem- pi- ter- nus es Fi- li- us

F a | | | | c a G F

Tu Pa- tris sem- pi- ter- nus es Fi- li- us

G | c c c c d | a G

Tu Pa- tris sem- pi- ter- nus es Fi- li- us

Igitur curiose est intendendum de omni melo, secundum cuiusmodi proprietatem sonet, sive in principio sive in fine, quamvis de solo fine dicere soleamus.

Philippe de Vitry: *Ars nova*

Philippe de Vitry (1291–1361) gilt neben Guillaume de Machaut als bedeutendster Komponist seiner Zeit. Epochemachend wurde er allerdings nicht nur durch seine Motetten, sondern auch durch den *ars-nova*-Traktat, dessen Entstehung auf die Zeit um 1320 angenommen wird. (Die direkte Autorschaft Vitrys für den Ars-nova-Traktat ist umstritten, vgl. Fuller 1985; möglicherweise handelt es sich um eine Zusammenfassung mündlicher Lehren de Vitrys.)

Es fällt auf, dass Philippe keineswegs als Neuerer auftritt, wie es der Titel der Schrift nahelegen könnte, sondern mit dem Hinweis auf die Tradition und der ausdrücklichen Nennung etwa von Franco von Köln seine Verwurzelung in der Tradition betont. Es geht Vitry in dem Traktat auch offensichtlich keineswegs darum, der alten eine neue Lehre gegenüberzustellen, sondern das System auf der Grundlage der weiterhin gültigen Tradition zu erweitern und zu verbessern und so an veränderte musikpraktische Bedingungen anzupassen. Der im musikgeschichtlichen Schrifttum mitunter dezidiert hervorgehobene Gegensatz zwischen *ars nova* und *ars antiqua* basiert im wesentlichen auf einem Mißverständnis und der einseitigen Interpretation der *ars-nova*-Kritik im siebenten Buch des *Speculum musicae* des Jacobus von Lüttich (siehe Abschnitt 8). Die *Ars Nova* von Philippe de Vitry ging inhaltlich in die musiktheoretischen Schriften des Johannes de Muris ein, die an manchen Universitäten bis ins 17. Jahrhundert hinein die Grundlage für die Vermittlung der Musiklehre bildeten. (BJ)

Literatur

(a) Ausgabe

Philippi de Vitriaco *Ars nova*. A Gilbert Reaney, André Gilles et Jean Maillard edita, American Institute of Musicology 1964 (= CSM 8).

(b) Forschungsliteratur

Sarah Fuller, A Phantom Treatise of the Fourteenth Century: the *Ars nova*, in: *Journal of Musicology* 4 (1985/86), S. 23–50.

Wolf Frobenius, Art. Semibrevis, in: *Handwörterbuch der musikalischen Terminologie*, Auslieferung 1971.

Daniel Leech-Wilkinson, The Emergence of *ars nova*, in: *Journal of Musicology* 13 (1995), S. 285–317.

Text

Capitulum XX De nominibus temporum perfectorum et de minimo tempore perfecto

Cum de temporibus et prolatione secundum quod in sex sive novem dividuntur minimas superius tractavimus competenter, ne de temporis divisione insufficienter videamus tractasse, de tempore strictius tractare affectamus. Unde sciendum est quod tempus perfectum est triplex, scilicet minimum, medium et maius. Minimum tempus

posuit Franco. Unde notandum est secundum Magistrum Franconem, et sicut visum est superius, quod minimum tempus non est nisi tres continens semibreves, quae quidem adeo sunt strictae quod amplius dividi non possunt, nisi per semiminimas dividantur. Unde notandum quod, quando aliquis cantus temporis perfecti reperitur ubi non nisi tres continentur semibreves pro uno tempore, secundum minimum tempus pronuntiari debent (si sint quatuor, primae duae semiminimae, nisi aliter signentur).

Item sciendum est quod, quando pro isto minimo tempore duae ponuntur semibreves, prima maior debet esse et nunquam secunda, nisi signetur, licet secundum artem veterem superius probaverimus quod secunda debet esse maior. Ratio huius est haec, quia illa semibreves in hoc tempore minimo se habent sicut tres minimae in tempore maiore. Nam quando duae semibreves pro tribus minimis ponuntur, prima duas minimas valet, secunda vero solam minimam, nisi aliter signetur, ut superius visum est.

Capitulum XXI De medio tempore perfecto

Medium tempus est illud quod continet in se tres semibreves aequales, quarum quaelibet duas valet minimas vel valere debet; et medium tempus perfectum non nisi sex minimas in se continet. Et si ponantur quatuor pro illo tempore, duae debent esse minimae; si quinque, quatuor debent fieri minimae; si sex, omnes minimae et aequales. Et si dividantur, per semiminimas dividentur, quarum quaelibet minima in duas dividitur semiminimas. Unde, quando nos videmus quod plures quam sex non ponuntur pro tempore, sub tempo medio perfecto eas pronuntiare debemus. Possimus tamen eas secundum maius tempus pronuntiare, licet plures quam sex non ponantur, et hoc quando non signantur. Nam si signentur, proferri debent secundum quod sunt signatae.

Capitulum XXII De maiore tempore perfecto

Sciendum est quod continet in se tres semibreves, quarum quaelibet valet tres minimas, et sic maius tempus perfectum novem continet in se minimas, nec plures valere posset, nisi per semiminimas dividatur. Unde, quando plures quam sex ponuntur semibreves, necessario oportet quod sit maius tempus perfectum, et sic maius tempus perfectum tria minima in se continet.

Capitulum XXIII De nominibus temporum imperfectum et de minimo tempore imperfecto

Item sciendum est quod, sicut tempus perfectum est triplex, scilicet minimum, medium et maius, ut dictum est, sic tempus imperfectum est duplex, scilicet minimum et maius.

Minimum tempus est illud quod continet in se duas semibreves, quarum quaelibet duas valet minimas, et sic minimum tempus imperfectum non nisi quatuor minimas valere debet, nisi per semiminimas dividatur.

Capitulum XXIV
De tempore maiore imperfecto

Maius tempus imperfectum continet in se duas semibreves aequales, quarum quaelibet valet tres minimas, et sic tempus maius imperfectum sex minimas in se continet. Unde, quando nos videmus quod plures quam quatuor minimas ponuntur pro tempore imperfecto, secundum maius tempus imperfectum eas debemus pronuntiare. Et sic apparet quod, sicut tempus perfectum in tres dividitur semibreves, sic in tres prolationis species, et tempus imperfectum in duas, scilicet minimum et maius, secundum quod in duas dividitur semibreves. Et est notandum quod maius tempus imperfectum se habet sicut medium tempus perfectum.

Explicit Ars Nova Magistri Philippi de Vetri.

Jacobus von Lüttich über die ‚ars nova‘

Die Identität des Jacobus von Lüttich ist bis heute umstritten. Fest steht, daß er in Paris studierte, über eine außerordentlich breite Bildung verfügte und ein Zeitgenosse Philippe de Vitry und Johannes de Muris' gewesen sein muß.

In seinem siebenbändigen *Speculum musicae* behandelt und diskutiert Jacobus die überlieferte Musiklehre seiner Zeit in enzyklopädischer Ausführlichkeit und bezieht v.a. im siebenten Buch dezidiert Stellung zur neueren Musiklehre, zur *ars nova*, der er zwar keineswegs grundsätzlich ablehnend gegenübersteht, an der er aber doch v.a. ihren neuartigen Umgang mit der Imperfektion, also der Zweiwertigkeit der Proportionen kleinerer gegenüber den größeren Notenwerten und der Reduzierung „perfekter“ (also dreiwertiger) Noten zu „imperfekten“ (zweiwertigen), kritisiert. Jacobus nimmt dabei die Lehren seiner neuerungsfreudigeren Zeitgenossen sehr genau unter die Lupe und überrascht mitunter durch seine geistreichen, manchmal sogar recht ironisch eingefärbten Analysen. Letztlich ist auch die Unterscheidung von *ars nova* und *ars antiqua* auf ihn zurückzuführen, da anscheinend er es war, der den Begriff *ars antiqua* erst als Gegenbegriff zur *ars nova*, den bereits Philippe de Vitry programmatisch als Überschrift für eine seiner Schriften gewählt hatte, einführte.

Bedeutsam ist der Text des Jacobus auch als Zeugnis einer literarischen Streitkultur, das zudem noch mit der Nennung der für die Zeit wichtigen musikalischen Gattungen und mit der eingehenden Behandlung der Proportionen der Notenwerte und der sich daraus ergebenen Fragen die zentralen Paradigmata des damaligen musiktheoretischen Diskurses heraushebt. (BJ)

Literatur

(a) Ausgabe

Jacobi Leodensis *Speculum Musicae*. Edidit Roger Bragard, Liber I–VII, Rom (American Institute of Musicology) 1955–1973 (= CSM 3).

(b) Forschungsliteratur

Christoph Falkenroth, Die *Musica speculativa* des Johannes des Muris. Kommentar zur Überlieferung und kritische Edition, Stuttgart 1992 (= Archiv für Musikwissenschaft, Beihefte 34).

Frank Hentschel, Sinnlichkeit und Vernunft in der mittelalterlichen Musiktheorie. Strategien der Konsonanzwertung und der Gegenstand der *musica sonora* um 1300, Stuttgart 2000 (= Archiv für Musikwissenschaft, Beihefte 47).

Frank Hentschel, Der Streit um die *ars nova* – nur ein Scherz?, in: Archiv für Musikwissenschaft 58 (2001), S. 110–130.

Text

Liber VII Capitulum XLV

Comparatio artis antiquae musicae mensurabilis ad novam quantum ad perfectionem et imperfectionem

[...] Videtur forsan aliquibus modernam artem esse perfectiorem quam sit vetus quia ipsa videtur subtilior et difficilior. Subtilior, quia ad plura se extendit et multa super illam addit, ut patet in notulis, in modis et mensuris (subtile autem dicitur quod est magis penetrativum attingens ad plura). Quod autem sit difficilior videtur in operibus Modernorum in modo cantandi et mensurandi.

Aliis autem videtur oppositum, quia alla ars videtur perfectior quae magis insequitur ssum fundamentum et minus vadit contra ipsum.

Fundatur autem ars musicae mensuralis in perfectione ut dicunt non modo Veteres, sed Moderni. Ergo quae magis utitur perfectis videtur perfectior. Sic autem est de arte antiqua, de arte magistri Franconis.

Ars enim nova, sicut visum est, multiplicibus et variis utitur imperfectionibus in notulis, in modis, in mensuris quasi ubique imperfectio se ingerit, nec illi sufficit imperfectio in notulis, in modis, in mensuris, sed ipsam ad tempus extendit.

Ponit enim ars nova tempus imperfectum et breves, quantum ad tempus, sub hoc nomine „imperfectas“ quas nunquam ars posuit vetus, et imperfectionem quae venit ex tempore ad notulas singulorum applicat graduum: ad longas simplices, dublices, vel etiam triplices, ad breves, et aliqui ad semibreves.

Adhuc utentes arte nova vias inveniunt qualiter quod perfectum st imperificatur, etiam multis imperfectionibus, quia proximis seu immediatis, ut cum longa simplex perfecta per brevem imperficitur; remotis cum eadem imperficitur per semibrevem, quia tertia pars est brevis rectae; remotioribus cum eadem longa per minimam imperficitur. Nec sufficit Modernis perfectas imperficeret et ad imperfectionem trahere. Quin immo! et imperfectas, ut illis una non sufficiat imperfectio, sed plures! Quod si ars nova de tactis imperfectionibus speculative solum loqueretur, magis esset tolerandum, sed non sic est. Imperfectionem enim ad proxim nimis extendunt; plus imperfectis utuntur quam perfectis, plus modis imperfectis quam perfectis et per consequens mensuris.

Cum ergo dicitur: Ars nova subtilior est quam antiqua, dicendum quod, hoc concesso, non sequitur quod sit perfectior. Non enim omnis subtilitas arguit perfectionem et maior sibilitas maiorem perfectionem. Non ponitur subtilitas inter gradus vel species perfectionis [...]

Nec est sufficienter probatum quod ars nova subtilior sit quam antiqua, dato quod ad aliqua se extendat ad quae se non extendit nova. Quod enim ad multas se extendat imperfectiones ad quas non se extendit vetus non arguit ipsam esse perfectiorem; sed de hoc consequenter inquiretur quae tactarum artium perfectior sit.

Quod autem ulterius dicitur quod ars moderna difficilior est quam antiqua, dicendum quod non sequitur ex hoc quod sit perfectior. Non enim quod difficilius est, perfectius est simpliciter. Ars enim, etsi dicatur esse de Difficili, est tamen de bono et utili, cum sit virtus animam intellectu mediante perficiens. Unde dicit auctoritas quod doctrina prudentis facilis.

Sed de hoc infra tangetur.

Capitulum XLVI

Collatio veteris artis musicae mensurabilis ad modernam secundum subtilitatem et ruditatem

Reputant aliqui Moderni illos cantores rudes, idiotas, insipientes et ignorantes qui artem ignorant novam vel non cantant secundum illam sed secundum antiquam et, per consequens, antiquam artem reputant rudem et quasi irrationalitem, novam vero subtilem et rationabilem.

Sed quaeri potest isti subtilitas unde veniat in Modernis et ruditas in Antiquis. Si enim subtilitas venit ex maiore ingenio et magis penetrativo, qui subtiliores reputandi sunt? [...] Videant sapientes qui sine affectione verum de hoc proferant iudicium. Et quid valet subtilitas, quid difficultas ubi perit utilitas? Quid valet subtilitas quae principiis obviat scientiae? Nonne subtilitas atque difficultas quae iacet in istis multis et variis imperfectionibus adinventis in notulis, in temporibus, modis et mensuris, illi non convenit scientiae quae in perfectione fundata est? [...]

Adhuc debentne dici subtiles de suo novo modo cantandi in quo littera perditur, effectus bonae concordiae minuitur mensuraque confunditur, ut tangetur infra? Et qui sunt qui pluribus cantibus distinctis et cantandi modis utuntur, qui ad plures distinctos cantus et cantandi modus se applicant? Moderni nonne quasi solis utuntur motetis et cantilenis nisi quod in motetis suis hoketos interserunt?

Sed cantus alios multos dimiserunt quibus in propria forma non utuntur, sicut fecerunt Antiqui, ut cantus organicos mensuratos vel non ubique mensuratos ut est organum purum vel duplum de quo forsan pauci sciunt Modernorum; item conductos, cantus ita pulchros, in quibus tanta delectatio est, qui sunt ita artificiales et delectabiles, duplices, triplices et quadruplices: item hoketos similiter duplices, contraduplices, triplices et quadruplices.

In his antiqui cabtores alternatim cantibus vacabant, in his se fundabant, in his exercebantur, in his delectabantur, non in solis motetis aut in cantilenis. Debentne illi dici rudes, idiotae et ignorantes in arte cantandi qui illos sciebant vel sciunt cantus et qui utebantur vel utuntur illis, propterea quia modernos non cantant cantus, vel secundum modernum modum et arte modernorum nova non utuntur? Scirent illam se cor vellent apponere et secundum modernum modum cantare. Sed non placet eis, sed antiquis, forsan propter ea quae prius tacta sunt vel tangi possunt. [...]

Quodsi Moderni multis distinctionibus, multis nominationibus utantur in semibrevibus, quicquid sit de figuris, Antiqui quantum ad rem uti videntur pluribus, ut tactum est, nam cum, pro eodem et aequali tempori pro brevi recto importato, nunc duas semibreves ponerent inaequales, nunc tres aequales, nunc quattuor, quinque,

sex, septem, octo vel novem, cum duas ponebant, vocari illae poterant semibreves secundae, quia duae tales brevem illam reddebant; cum tres semibreves, tertiae, quia tres tales in valore brevi aequabantur; cum quattuor semibreves, quartae, propter dictam causam; cum quinque semibreves, quintae; cum sex semibreves, sextae; cum septem semibreves, septimae; cum octo semibreves, octavae; cum novem semibreves, nonae. [...] Cum tot distinctionibus in semibrevibus utentur, nunquam eas vaudaverunt et tamen eas sufficienter abinvicem per puncta diviserunt.

Augustinus über die Ohrenlust

Aurelius Augustinus gehört zu den schillerndsten Figuren und einflussreichsten Autoritäten des frühen Christentums. Am 13. November 354 wurde er in der nordafrikanischen Stadt Thagaste geboren. Nach philosophischen und rhetorischen Studien unterrichtete er selbst, unter anderem in Rom und Mailand. Sein mitunter zügelloses und sinnenfreudiges Leben mäßigte er, als er sich nach einem Bekehrungserlebnis dem Christentum zuwandte. 391 ließ er sich zum Priester weihen, wenige Jahre später wurde er als Bischof von Hippo berufen. Dieses Bischofsamt führte er bis zu seinem Tod im Jahre 430 aus.

Das umfangreiche Schrifttum des Augustinus hat vor allem große Bedeutung für die Philosophie- und Theologiegeschichte. Seine Predigten und Schriftauslegungen erlangten vorbildlichen Charakter und wurden breit rezipiert. Als philosophisches Hauptwerk kann *De civitate Dei* (Vom Gottesstaat) gelten, eine Auseinandersetzung mit den Fragen von weltlicher Macht und Gerechtigkeit sowie der göttlichen Ordnung; seinen historischen Auslöser hatte dieses Werk in der Katastrophe der Zerstörung Roms gefunden.

Um das Jahr 390 herum hat Augustinus auch einen Musiktraktat abgeschlossen: *De musica*, ein Werk, das ganz in der Tradition der *septem artes* steht und einem größeren Zyklus über alle diese Künste angehören sollte, den Augustinus aber nie vollendet hat. *De musica* besteht aus 6 Büchern und widmet sich vor allem metrischen Grundzügen und Problemen sowie der Zahlhaftigkeit und Ordnung der Musik; insgesamt ist es eher als eine Grammatik der Musik zu verstehen, die am Schluß (im 6., wohl 409 überarbeiteten Buch) theologisch überhöht wird.

Eine etwas andere Ausrichtung und Zielsetzung hat der vorliegende Text. Er entstammt nicht der Musiktheorie des Augustinus, sondern einem weiteren, in vielerlei Hinsicht maßgeblichen Werk: seinen autobiographischen *Confessiones* (Bekenntnisse). Augustinus legt hier Zeugnis ab von seinem persönlichen, von Irrungen und Wirrungen durchzogenen Werdegang, aus der Perspektive des abgeklärten Gottesdieners. Dieses Werk ist nicht zuletzt ein sozialgeschichtliches Portrait der Spätantike und des aufstrebenden Christentums. Im 10. Buch setzt sich Augustinus u.a. mit den Möglichkeiten der verschiedenen menschlichen Sinneswahrnehmungen auseinander: Sie können einerseits als Verlockungen vom rechten Weg abbringen, andererseits aber genau durch ihre das Rationale übersteigenden Kräfte Hilfsmittel der *pietas*, der innig-gläubigen Hinwendung zu Gott, sein. Eine besonders starke Kraft spricht Augustinus dem Gehör zu. Geradezu berühmt geworden sind die im folgenden Textausschnitt erwähnten Tränen, die Augustinus unter dem Eindruck der Kirchengesänge vergossen zu haben bekennt; sie werden immer wieder zitiert, wenn die positive Macht insbesondere der Kirchenmusik belegt werden soll. (CB)

Literatur

(a) Textausgaben

Patrologia Latina, Tome 32, S. 800 f.

Übersetzung: Augustinus, *Confessiones*, eingeleitet, übersetzt und erläutert von Joseph Bernhart, München 1955. Liber Decimus, S. 49–50.

(b) Forschungsliteratur

Michael von Albrecht, Zu Augustins Musikverständnis in den Confessiones, in: Philanthropia kai eusebeia. Festschrift für A. Dihle zum 70. Geburtstag, Göttingen 1993, S. 1–16.

Andreas Eichhorn, Augustinus und die Musik, in: Musica 50 (1996), S. 318–323.

Frank Hentschel, Art. Augustinus, in: MGG2 Personenteil Bd. 1, Kassel u.a. 1999, Sp. 1169–1175.

Informativ, hilfreich und umfassend ist die Homepage des Zentrums für Augustinusforschung in Würzburg: www.augustinus.de [mit einer großen Literatur-Recherche-Datenbank].

Text

Caput XXXII. Ut se gerit ad odorum illecebras.

48. De illecebra odorum non satago nimis. Cum absunt, non requiro; cum adsunt, non respuo, paratus etiam eis semper carere. Ita mihi videor; fortasse failor. Sunt enim et istae plangendae tenebrae, in quibus me latet facultas mea quae in me est: ut animus meus de viribus suis ipse se interrogans non facile sibi credendum existimet; quia et quod inest, plerumque occultum est, nisi experientia manifestetur. Et nemo securus esse debet in ista vita, quae tota tentatio nominatur (Job. VII, 1), utrum qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam ex meliore deterior. Una spes, una fiducia, una firma promissio, misericordia tua.

Caput XXXIII. Ut se gerit ad voluptates aurium

49. Voluptates aurium tenacius me implicaverant et subjugaverant; sed resolvisti, et liberasti me. Nunc in sonis quos animant eloquia tua, cum suavi et artificiosa voce cantantur, fateor, aliquantulum acquiesco; non quidem ut haeream, sed ut surgam cum volo. Attamen cum ipsis sententiis quibus vivunt, ut admittantur ad me, quaerunt in corde meo nonnullius dignitatis locum, et vix eis praebeo congruentem. Aliquando enim plus mihi videor honoris eis tribuere quam decet, dum ipsis sanctis dictis religiosius et ardenter sentio moveri animos nostros in flammarum pietatis, cum ita cantantur, quam si non ita cantarentur; et omnes affectus spiritus nostri pro sui diversitate habere proprios modos in voce atque cantu, quorum nescio qua occulta familiaritate excitentur. Sed delectatio carnis meae, cui mentem enervandam non oportet dari, saepe me fallit, dum rationem sensus non ita comitatur ut patienter sit posterior; sed tantum quia propter illam meruit admitti, etiam praecurrere ac ducere conatur. Ita in his peccato non sentiens, sed postea sentio.

50. Aliquando autem hanc ipsam fallaciam immoderatus cavens, erro nimia severitate: sed valde interdum, ut melos omne cantilenarum suavium quibus Davidicum Psalterium frequentatur, ab auribus meis removeri velim, atque ipsius Ecclesiae; tutiusque mihi videtur quod de Alexandrino episcopo Athanasio saepe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorem

psalmi, ut pronuntianti vicinior esset quam canenti. Verumtamen, cum reminiscor lacrymas meas, quas fudi ad cantus Ecclesiae tuae in primordiis recuperatae fidei meae, et nunc ipso quod moveor, non cantu, sed rebus quae cantantur, cum liquida voce et convenientissima modulatione cantantur, magnam instituti hujus utilitatem rursus agnosco.

Ita fluctuo inter periculum voluptatis et experimentum salubritatis; magisque adducor, non quidem irretractabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia; ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Tamen, cum mihi accidit ut me amplius cantus, quam res quae canitur, moveat; poenaliter me peccare confiteor, et tunc mallem non audire cantantem.

Ecce ubi sum: flete mecum, et pro me flete, qui aliquid boni vobiscum intus agitis unde facta procedunt. Nam qui non agitis, non vos haec movent. Tu autem, Domine Deus meus, exaudi; respice, et vide, et miserere, et sana me, in cuius oculis mihi quaestio factus sum, et ipse est languor meus.

Caput XXXIV.
Ut se gerit ad oculorum illecebras.

51. Restat voluptas oculorum istorum carnis meae, de qua loquar confessiones quas audiant aures templi tui, aures fraternalae ac piae, ut concludamus tentationes concupiscentiae carnis, quae me adhuc pulsant ingemiscentem, et habitaculum meum, quod de coelo est, superindui cupientem (II Cor. V, 2). Pulchras formas et varias, nitidos et amoenos colores amant oculi. Non teneant haec animam meam: teneat eam Deus qui fecit haec, bona quidem valde; sed ipse est bonum meum, non haec. Et tangunt me vigilantem totis diebus, nec requies ab eis datur mihi, sicut datur a vocibus canoris, aliquando ab omnibus, in silentio. Ipsa enim regina colorum lux ista, perfundens cuncta quae cernimus, ubiubi per diem fuerit, multimodo allapsu blanditur mihi aliud agenti, et eam non advertenti. Insinuat autem se ita vehementer, ut si repente subtrahatur, cum desiderio requiratur; et si diu absit, contristat animum. [...]

Aus der *Regula Benedicti*

Die dem Hl. Benedict von Nursia (ca. 480–547) zugeschriebene Regel für Mönchsgemeinschaften (Zoinobiten) geht auf mehrere ältere Texte zurück, modifiziert und erweitert diese und bildet den Ausgangspunkt für alle späteren Ordensregeln der abendländischen und z.T. auch der Ostkirchen.

Die im Brief des Heiligen Paulus an die Epheser geäußerte Aufforderung, Gott im Singen von Psalmen, Hymnen und Liedern zu preisen, findet in der Regel Benedicti insofern ihren Niederschlag, als Benedict das sog. Stundengebet ausführlich darstellt und angibt, welche Psalmen oder anderen Gesänge jeweils vorzutragen sind.

Die Regel Benedicti fand aber nicht nur in den Klöstern, Stiften und an den Kathedralkirchen Beachtung, sondern auch in der Gebets- und Gottesdienstordnung der sog. Weltgeistlichen, im Brevier, das bis heute – zumindest theoretisch – zu den geistlichen Pflichten des katholischen Priesters gehört. Der Text Benedicti bildet so bis in die Gegenwart eine wichtige Grundlage für das Verständnis der Liturgie im weitesten Sinne und der dazugehörenden ein- und später auch mehrstimmigen Gesänge.

Die ausgewählten Absätze beziehen sich auf die Psalmen. Zwar enthält die Regula Benedicti detaillierte Anweisungen über die Psalmen und sonstigen Gesänge der anderen Teile des Stundengebets, doch nichts Konkretes über die Ordnung der Hl. Messe, deren liturgische Entwicklung zur Zeit Benedicti sehr im Fluss und zumindest von Land zu Land wohl noch recht unterschiedlich war.

In welchen Gesamtzusammenhang Musikausübung in der Benedictisregel eingebettet ist, mag eine kurze Übersicht ihrer 73 Absätze andeutungsweise zu zeigen. Die Kapitelsequenzen sind unter folgenden thematischen Schwerpunkten zusammenfaßbar: I Gemeinschaft unter Regel und Abt (cap.) 1–3; II Die geistliche Kunst 4–7; III Das gemeinsame Gebet 8–20; IV Zur Organisation des Klosters 20–34; V Die tägliche Versorgung 35–41; VI Der Tageslauf 42–52; VII Beziehungen des Klosters nach außen 53–57; VIII Aufnahme-Ordnung 58–61; IX Dienstordnung 62–66; IX Gemeinschaft in Liebe 67–73.

Im Einzelnen:

- | | |
|--|---|
| Prolog | 17 Die Psalmen im Gottesdienst am Tage |
| 1 Die Arten der Mönche | 18 Die Ordnung der Psalmen |
| 2 Der Abt | 19 Die Haltung beim Gottesdienst |
| 3 Die Einberufung der Brüder zum Rat | 20 Die Ehrfucht beim Gebet |
| 4 Die Werkzeuge der geistlichen Kunst | 21 Die Dekane des Klosters |
| 5 Der Gehorsam | 22 Die Nachtruhe der Mönche |
| 6 Die Schweigsamkeit | 23 Das Vorgehen bei Verfehlungen |
| 7 Die Demut | 24 Die Ausschließung bei leichten
Verfehlungen |
| 8 Der Gottesdienst in der Nacht | 25 Die Ausschließung bei schweren
Verfehlungen |
| 9 Die Ordnung der Vigilien im Winter | 26 Unerlaubter Umgang mit
Ausgeschlossenen |
| 10 Die Ordnung der Vigilien im Sommer | 27 Die Sorge des Abtes für die
Ausgeschlossenen |
| 11 Die Ordnung der Vigilien am Sonntag | 28 Die Unverbesserlichen |
| 12 Die Laudes am Sonntag | 29 Die Wiederaufnahme von Brüdern |
| 13 Die Laudes an den Werktagen | |
| 14 Die Vigilien an den Festtagen | |
| 15 Die Zeiten für das Halleluja | |
| 16 Der Gottesdienst am Tage | |

- | | |
|---|--|
| 30 Die Strafe bei Mangel an Einsicht | 54 Die Annahme von Briefen und
Geschenken |
| 31 Der Cellarar des Klosters | 55 Kleidung und Schuhe der Brüder |
| 32 Werkzeug und Gerät des Klosters | 56 Der Tisch des Abtes |
| 33 Eigenbesitz des Mönches | 57 Mönche als Handwerker |
| 34 Die Zuteilung des Notwendigen | 58 Die Ordnung bei der Aufnahme von
Brüdern |
| 35 Der wöchentliche Dienst in der Küche | 59 Die Aufnahme von Kindern |
| 36 Die kranken Brüder | 60 Die Aufnahme von Priestern |
| 37 Alte und Kinder | 61 Die Aufnahme fremder Mönche |
| 38 Der wöchentliche Dienst des
Tischlesers | 62 Die Priester des Klosters |
| 39 Das Maß der Speise | 63 Die Rangordnung in der
Gemeinschaft |
| 40 Das Maß des Getränkes | 64 Einsetzung und Dienst des Abtes |
| 41 Die Mahlzeiten | 65 Der Prior des Klosters |
| 42 Das Schweigen nach der Komplet | 66 Die Pförtner des Klosters |
| 43 Die Bußen für Unpünktlichkeit | 67 Brüder auf Reisen |
| 44 Die Bußen der Ausgeschlossenen | 68 Überforderung durch einen Auftrag |
| 45 Die Bußen für Fehler im Oratorium | 69 Eigenmächtige Verteidigung eines
Bruders |
| 46 Die Bußen für andere Verfehlungen | 70 Eigenmächtige Bestrafung eines
Bruders |
| 47 Das Zeichen zum Gottesdienst | 71 Der gegenseitige Gehorsam |
| 48 Die Ordnung für Handarbeit und
Lesung | 72 Der gute Eifer der Mönche |
| 49 Die Fastenzeit | 73 Epilog |
| 50 Gebetszeiten außerhalb des Klosters | |
| 51 Mahlzeiten außerhalb des Klosters | |
| 52 Das Oratorium des Klosters | |
| 53 Die Aufnahme der Gäste | |
| (BJ) | |

Ausgabe

Regula Benedicti. Die Benediktusregel, herausgegeben im Auftrag der Salzburger
Äbtekonferenz, Beuron 1992.
[Auch elektronisch: <http://www.benediktiner.de/regula/>]

Text

Caput XVII: Quot Psalmi per easdem Horas dicendi sunt

Iam de nocturnis vel matutinis digessimus ordinem psalmodiae; nunc de sequentibus
horis videamus. Prima hora dicantur psalmi tres singillatim et non sub una gloria,
hymnum eiusdem horae post versum Deus in adiutorium antequam psalmi
incipiantur. Post expletionem vero trium psalmorum recitetur lectio una, versu et
Kyrie eleison et missas. Tertia vero, sexta et nona, item eo ordine celebretur oratio,
id est versu, hymnos earundem horarum, ternos psalmos, lectionem et versu, Kyrie
eleison et missas.

Si maior congregatio fuerit, cum antiphonas, si vero minor, in directum psallantur.
Vespertina autem synaxis quattuor psalmis cum antiphonis terminetur. Post quibus
psalmis, lectio recitanda est; inde responsoriū, ambrosianum, versu, canticum de
Evangelia, litania, et oratione dominica fiant missae. Completorios autem trium
psalmorum dictione terminentur. Qui psalmi directanei sine antiphona dicendi sunt.
Post quos hymnum eiusdem horae, lectionem unam, versu, Kyrie eleison, et
benedictione missae fiant.

Caput XVIII: Quo ordine Psalmi dicendi sunt

In primis dicatur versu Deus in adiutorium meum intende, *Domine ad adiuvandum me festina*, gloria, inde hymnum uniuscuiusque horae. Deinde, prima hora dominica, dicenda quattuor capitula psalmi centesimi octavi decimi; reliquis vero horis, id est tertia, sexta vel nona, terna capitula suprascripti psalmi centesimi octavi decimi dicantur.

Ad primam autem secundae feriae, dicantur tres psalmi, id est primus, secundus et sextus; et ita per singulos dies ad primam usque dominica dicantur per ordinem terni psalmi usque nonum decimum psalmum, ita sane ut nonus psalmus et septimus decimus partiantur in binos. Et sic fit ut ad vigilias dominica semper a vicesimo incipiatur. Ad tertiam vero, sextam nonamque secundae feriae, novem capitula quae residua sunt de centesimo octavo decimo, ipsa terna per easdem horas dicantur.

Exponso ergo psalmo centesimo octavo decimo duobus diebus, id est dominico et secunda feria, tertia feria iam ad tertiam, sextam vel nonam psalluntur terni psalmi a centesimo nono decimo usque centesimo vicesimo septimo, id est psalmi novem.

Quique psalmi semper usque dominica per easdem horas itidem repetantur, hymnorum nihilominus, lectionum vel versuum dispositionem uniformem cunctis diebus servatam. Et ita scilicet semper dominica a centesimo octavo decimo incipietur.

Vespera autem cotidie quattuor psalmorum modulatione canatur. Qui psalmi incipientur a centesimo nono usque centesimo quadragesimo septimo, exceptis his qui in diversis horis ex eis sequestrantur, id est a centesimo septimo decimo usque centesimo vicesimo septimo et centesimo tricesimo tertio et centesimo quadragesimo secundo; reliqui omnes in vespera dicendi sunt.

Et quia minus veniunt tres psalmi, ideo dividendi sunt qui ex numero suprascripto fortiores inveniuntur, id est centesimum tricesimum octavum et centesimum quadragesimum tertium et centesimum quadragesimum quartum; centesimus vero sextus decimus, quia parvus est, cum centesimo quinto decimo coniungatur. Digesto ergo ordine psalmorum vespertinorum, reliqua, id est lectionem, responsum, hymnum, versum vel canticum, sicut supra taxavimus impleatur. Ad completorios vero cotidie idem psalmi repetantur, id est quartum, nonagesimum et centesimum tricesimum tertium.

Disposito ordine psalmodiae diurnae, reliqui omnes psalmi qui supersunt aequaliter dividantur in septem noctium vigilias, partiendo scilicet qui inter eos prolixiores sunt psalmi et duodecim per unamquamque constituens noctem. Hoc praecipue commonentes ut, si cui forte haec distributio psalmorum displicerit, ordinet si melius aliter iudicaverit, dum omnimodis id adtendat ut omni hebdomada psalterium ex integro numero centum quinquaginta psalmorum psalluntur, et dominico die semper a caput reprehendatur ad vigilias.

Quia nimis inertem devotionis suaे servitium ostendunt monachi qui minus a psalterio cum canticis consuetudinariis per septimanae circulum psallunt, dum quando legamus sanctos patres nostros uno die hoc strenue implesse, quod nos tepidi utinam septimana integra persolvamus.

Die Abhandlung des Anonymus 4: Zu Werk und Name

Der Musiktraktat des wohl englischen Autors "Anonymus 4" – die Zählung schreibt sich her von Edmond de Coussemaker (*Scriptorum de Musica Medii Aevi novam seriem a Gerbertina alteram collegit nunque primum edidit* E. de Coussemaker, Tomus I, Paris 1864, S. 327–365) – beschreibt die Notationspraxis und die Konkordanzregel des Organum purum (ausführlich Reckow 1967, I). Musikgeschichtlich bedeutsam ist die Abhandlung des Anonymus 4 jedoch v.a. dadurch geworden, daß er die Namen Perotins und Leonins als "discantores" an Notre Dame de Paris überliefert. Auf den Text des Anonymus 4 geht auch die Bezeichnung des *Magnus liber organi de gradali et antiphonario* zurück, für dessen Zusammenstellung Leoninus verantwortlich gewesen sein soll ("fecit"); Perotinus habe dann – als "optimus discantor" – den *magnus liber* redigiert (Hypothesen zu den geschichtlichen Figuren Leonin und Perotin am ausführlichsten bei Flotzinger 2000 und 2003). Ausdrücklich nennt Anonymus 4 Perotinus als Komponist von Werken mit Titeln: Erstmals wird somit in der abendländischen Musikgeschichte der Autorname mit konkreten Werktiteln in Verbindung gebracht. Die Partien mit den Namennennungen haben exkursorischen Charakter. Sie setzten – gewissermaßen als historischer Einschub – inmitten der Erläuterung der rhythmischen Modus-Regeln ein. Ein fortschrittsgeschichtliches Denkmodell deutet sich zaghafte in der Bewertung der beiden "discantores" an. (OW)

Literatur

(a) Ausgabe

Fritz Reckow, Der Musiktraktat des Anonymus 4. Teil I: Edition, Wiesbaden 1967 (= Beihefte zum Archiv für Musikwissenschaft 4, Teil I).

(b) Forschungsliteratur

Fritz Reckow, Der Musiktraktat des Anonymus 4. Teil II: Interpretation der Organum purum Lehre, Wiesbaden 1967 (= Beihefte zum Archiv für Musikwissenschaft 4, Teil II).

Jeremy Yudkin, The Music Treatise of Anonymus IV. A New Translation, American Institute of Musicology 1985 (= Musicological Studies & Documents 41).

Rudolf Flotzinger, Perotinus musicus. Wegbereiter abendländischen Komponierens, Mainz, London, Madrid usw. 2000.

Rudolf Flotzinger, Leoninus musicus und der Magnus liber organi, Kassel, Basel, London usw. 2003.

Text

Istae regulae utuntur in pluribus libris antiquorum, et hoc a tempore et in suo tempore Perotini Magni, sed nesciebant narrare ipsas cum quibusdam aliis postpositis, et similiter a tempore Leonis pro parte, quoniam duae ligatae tunc temporis pro brevi longa ponebantur, et tres ligatae simili modo in pluribus locis pro longa brevi longa et cetera. Et nota, quod magister Leoninus, secundum quod dicebatur, fuit optimus organista, qui fecit magnum librum organi de gradali et antiphonario pro servitio divino multiplicando. Et fuit in usu usque ad tempus Perotini Magni, qui abbreviavit eundem et fecit clausulas sive puncta plurima meliora, quoniam optimus discantor erat, et melior quam Leoninus erat. Sed hoc non est dicendum de subtilitate organi et cetera.

Ipse vero magister Perotinus fecit quadrupla optima sicut Viderunt, Sederunt cum habundantia colorum armonicae artis; similiter et tripla plurima nobilissima sicut Alleluia Posui adiutorium, Nativitas et cetera. Fecit etiam triplices conductus ut Salvatoris hodie et duplices conductus sicut Dum sigillum summi patris ac etiam simplices conductus cum pluribus aliis sicut Beata viscera et cetera.

Liber vel libri magistri Perotini erant in usu usque ad tempus magistri Roberti de Sabilone et in coro Beatae Virginis maioris ecclesiae Parisiensis et a suo tempore usque in hodiernum diem.

Simili modo et cetera, prout Petrus notator optimus et Iohannes dictus Primarius cum quibusdam aliis in maiori parte notabant usque in tempus magistri Franconis primi et alterius magistri Franconis de Colonia, qui inceperant in suis libris aliter pro parte notare. Qua de causa alias regulas proprias suis libris appropriatas tradiderunt.

Johannes de Grocheo über die Gattungen der ‚musica mensurata‘

Der Musiktraktat des Johannes de Grocheo, einem Autor, von dessen Leben und beruflicher Tätigkeit nichts bekannt ist, wird in zwei Handschriften des 14. Jahrhunderts überliefert (Rohloff 1972, vgl. das hier beigegebene Faksimile). Die Schrift zeichnet sich (wie Wolf 1899/1900 konstatierte) vor allem dadurch aus, daß sie einen theologisch geprägten Systementwurf der musica weitgehend durch eine weltlich orientierte Strukturierung ersetzt (ausführlich Peraino 2001). Diese Neuordnung verdankt sich wesentlich dem naturwissenschaftlich ausgerichteten Aristotelischen Lehrprogramm, das ab 1255 an der Sorbonne für alle Fächer verbindlich galt. Möglicherweise entstand Johannes' Schrift im Umfeld der Pariser Universität, vielleicht als Vorlesungsmitschrift oder -zusammenfassung (Fladt 1987 a und b). Dementsprechend der Aristotelischen Epistemologie wird das gesamte Wissensgebiet in sogenannte genera und species bzw. formae aufgegliedert. Wenn wir „Forma“ mit gebotener Vorsicht (Bielitz 1988) als „Gattung“ übersetzen, läßt sich von Johannes' Traktat als erster umfassender musicalischer Gattungssystematik sprechen. Johannes gliedert die musica in drei genera (oder membra), die in je drei species und ihre Teile (formae) zerfällt:

musicae membra generalia		
I. musica vulgaris	II. musica mensurata	III. musica ecclesiastica
1) cantus gestualis	1) motetus	1) matutina a) invitatorium b) venite c) hymnus d) antiphona e) psalmus f) lectio g) responsum nocturnale
2) canus coronatus	2) organum a) organum appropriato nomine b) conductus	2) hora (prima, tertia, sexta, nona, vespera, completorium) a) hymnus b) antiphona c) psalmus d) responsorium e) oratio
3) cantus versualis a) rotunda, rondellus b) stantipes c) ductia	3) hoquetus	3) missa a) officium vel introitus b) kyrie eleison c) gloria in excelsis deo d) oratio e) epistola f) responsorium g) alleluia h) sequentia i) evangelium j) credo in deum k) offertorium l) secreta m) praefatio n) sanctus o) canones missae p) agnus q) communio r) post communionem

Neuartig bei Johannes de Grocheo ist die Integration und ausführliche Beschreibung weltlicher musikalischer Gattungen und ihres sozialen und intellektuellen Kontextes (Page 1993 a und b). Er bezieht sich dabei, in der Überzeugung, daß große theoretische Einteilungen ohne Rückbindung an musikalische Praxis zu grobmaschig bleiben müssen und kulturelle wie habituelle lokale Praktiken vernachlässigen, durchaus mit Normativitätsanspruch auf die musikalische Praxis in Paris, so wie „die Leute dort sie gebrauchen“ („secundum quod homines Parisiis ea utuntur“). Dies sei für die Zwecke eines allgemeinen Musitratkats auch hinreichend, denn „in unseren Tagen“ seien „zu Paris die Grundlagen jeder freien Kunst aufmerksam untersucht und der Gebrauch dieser und fast aller mechanischen Künste gefunden“ worden („quod diebus nostris principia cuiuslibet artis liberalis diligenter Parisiis inquiruntur et usus earum et fere omnium mechanicarum inveniuntur“ – Ed. Rohloff 1972, S. 124; zu diesem Selbstbewußtsein urbaner Kultur vgl. Kaden 2004, S. 157–165).

Der gewählte Textabschnitt erläutert die der gesellschaftlichen Oberschicht zugehörigen „subtilen“ (d.h. kunstvoll-komplexen) Gattungen der *musica mensurata*, also die mehrstimmige und mehrtextige Motette, das gleichtextige Organum und die satztechnische Spezialform des Hoquetus‘. (OW)

Literatur

(a) Ausgaben

Johannes Wolf, Die Musiklehre des Johannes de Grocheo, in: Sammelbände der Internationalen Musikgesellschaft 1 (1899/1900): 69–120.

Ernst Rohloff, Der Musiktraktat des Johannes de Grocheo nach den Quellen neu herausgegeben mit Übersetzung ins Deutsche und Revisionsbericht, *Media latinitas musica*, vol. 2 (Leipzig: Gebrüder Reinecke, 1943), 41–67.

[Text elektronisch abfragbar unter:
http://www.music.indiana.edu/tm/14th/GRODEM_TEXT.html]

Ernst Rohloff, Die Quellenhandschriften zum Musiktraktat des Johannes de Grocheo. Im Faksimile herausgegeben nebst Übertragung des Textes und Übersetzung, dazu Bericht, Literaturschau, Tabellen und Indices, Leipzig [1972].

Christopher Page, Johannes de Grocheo on Secular Music. A Corrected Text and a New Translation, in: *Plainsong and Medieval Music* 2 (1993), S. 17–41.

(b) Forschungsliteratur

Ellinore Fladt, Die Musikauffassung des Johannes de Grocheo im Kontext der hochmittelalterlichen Aristoteles-Rezeption (= Berliner musikwissenschaftliche Arbeiten 26), München 1987.


Ellinore Fladt, Der artifizielle Prozeß im Hochmittelalter, in: *Die Musikforschung* 40 (1987), S. 203–229.

Christopher Page, Discarding Images. Reflections on Music and Culture in Medieval France, Oxford 1993.

Judith A. Peraino, Re-Placing Medieval Music, in: *Journal of the American Musicological Society* 54 (2001), S. 209–264.

Christian Kaden, Das Unerhörte und das Unhörbare. Was Musik ist, was Musik sein kann, Kassel 2004.

Faksimile



Das Faksimile einer Seite aus der sog. Grocheo-Handschrift H (British Museum, London, Codex Harley 281, fol. 39r-52r, hier 46v) aus Rohleff 1972, S. 84, enthält den Beginn des unten gewählten Textabschnitts.

Text

[1]

Motetus vero est cantus ex pluribus compositus, habens plura dictamina vel multimodam discretionem syllabarum, utrobique harmonialiter consonans. Dico autem ex pluribus compositus, eo quod ibi sunt tres cantus vel quattuor, plura autem dictamina, quia quilibet debet habere discretionem syllabarum tenore excepto, qui in aliquibus habet dictamen et in aliquibus non. Sed dico utrobique harmonialiter consonans, eo quod quilibet debet cum alio consonare secundum aliquam perfectarum consonantiarum, puta secundum diatessaron vel diapason, de quibus superius diximus, cum de principiis tractabamus. Cantus autem iste non debet coram vulgaribus propinari, eo quod eius subtilitatem non animadvertisunt nec

in eius auditu delectantur, sed coram litteratis et illis, qui subtilitates artium sunt querentes. Et solet in eorum festis decantari ad eorum decorationem, quemadmodum cantilena, quae dicitur rotundellus, in festis vulgarium laicorum.

[2]

Organum vero, prout hic sumitur, est cantus ex pluribus harmonice compositus, unum tantum habens dictamen vel discretionem syllabarum. Dico autem *tantum habens unum dictamen*, eo quod omnes cantus fundantur super unam discretionem syllabarum. Cantus autem iste dupliciter variatur. Est enim quidam, qui supra cantum determinatum, puta ecclesiasticum, fundatur. Qui in ecclesiis vel locis sanctis decantatur ad dei laudem et reverentiam summitatis. Et cantus iste appropriato nomine *organum* appellatur. Alius autem fundatur supra cantum cum eo compositum. Qui solet in conviviis et festis coram litteratis et divitibus decantari. Et ex his nomen trahens appropriato nomine *conductus* appellatur. Communiter tamen loquentes totum hoc organum dicunt, et sic communis est eis descriptio supradicta.

[3]

Hoquetus est cantus abscisus, ex duobus vel pluribus compositus. Dico autem ex pluribus compositus, quia, licet abscisio vel truncatio sit sufficiens inter duos, possunt tamen esse plures, ut cum truncatione consonantia sit perfecta. Cantus autem iste cholericis et iuvenibus appetibilis est propter sui mobilitatem et velocitatem. Simile enim sibi simile quaerit et in suo simili delectatur.

[4]

Partes autem istorum plures sunt, puta *tenor*, *motetus*, *triplyum*, *quadruplyum* et in hoquetis *primus*, *secundus* et ultimo eorum *duplyum*. *Tenor* autem est illa pars, supra quam omnes aliae fundantur quemadmodum partes domus vel aedificii super suum fundamentum. Et eas regulat et eis dat quantitatem, quemadmodum ossa partibus aliis.

[5]

Motetus vero est cantus ille, qui supra tenorem immediate ordinatur. Et in diapente ut plurimum incipit et in eadem proportione, in qua incipit, continuatur vel in diapason ascendet. Et in hoquetis ab aliquibus dicitur magistrans, ut in hoqueto, qui dicitur »Echo montis«. *Triplum* vero est cantus ille, qui supra tenorem in diapason proportione incipere debet et in eadem proportione ut plurimum continuari. Dico autem ut plurimum, quia aliquoties in motetum vel diapente descendit propter euphoniam, quemadmodum motetus aliquando in diapason ascendet. *Quadruplyum* vero est cantus, qui aliquibus additur propter consonantiam perficiendam. Dico autem aliquibus et cetera, quia in aliquibus sunt tantum tres et ibi sufficiunt, cum perfecta consonantia ex tribus causetur. In aliquibus vero quartus additur, ut, dum unus trium pausat vel ordinatim ascendet vel duo ad invicem se truncant, quartus consonantiam servet.

[6]

Primus vero in hoquetis est, qui primo truncare incipit, sed secundus, qui secundo post primum truncat. *Duplyum* vero est, qui supra tenorem minutam facit abscisionem et cum eo aliquoties in diapente consonat et aliquando in diapason proportione, ad quod multum iuvat bona discretio decantantis.

[7]

Volens autem ista componere primo debet tenorem ordinare vel componere et ei modum et mensuram dare. Pars enim principalior debet formari primo, quoniam ea mediante postea formantur aliae, quemadmodum natura in generatione animalium primo format membra principalia, puta cor, hepar, cerebrum, et illis mediantibus alia post formantur. Dico autem ordinare, quoniam in motellis et organo tenor ex cantu antiquo est et prius composito, sed ab artifice per modum et rectam mensuram amplius determinatur. Et dico componere, quoniam in conductibus tenor totaliter de novo fit et secundum voluntatem artificis modificatur et durat. Tenore autem composito vel ordinato debet supra eum motetum componere vel ordinare, qui ut plurimum cum tenore in diapente proportione resonat et propter sui harmoniam aliquoties ascendit vel descendit. Sed ulterius debet istis triplum superaddi, quod cum tenore ut plurimum debet in diapason proportione resonare et propter sui harmoniam potest in locis mediis sistere vel usque ad diapente aliquoties descendere. Et quamquam ex istis tribus consonantia perficiatur, potest tamen eis aliquoties decenter addi quadruplum, quod, cum alii cantus descendent vel ascendent ordinatim vel abscisionem facient vel pausabunt, consonantiam resonabit.

[8]

In componendo vero organum modorum alternationem quam plurimum faciunt, sed in componendo motellos et alia modorum unitatem magis servant. Et cum in motellis plura sint dictamina, si unum syllabis vel dictionibus aliud excedat, potes unum per appositionem brevium et semibrevium alteri coaequare. Volens autem hoquetum ex duobus, puta primo et secundo, componere debet cantum vel cantilenam, supra quod fit hoquetus, partiri et unicuique partem distribuere. Et potest aliquantulo rectus cantus exire cum decenti additione, nisi quod eius mensuram observet. Sic enim unus iacet super alium ad modum tegularum et coopertuae domus et sic continua abscisio fiet. Volens ultimo duplum componere debet minutam abscisionem supra tenorem facere et ei aliquoties consonare.

[9]

De mensuratis igitur et eorum partibus et eorum compositione in universalis et canonice dicta sufficient. In quo propositum de musica praecise mensurabili terminatur.